frequent discedunt Si igitur unum vi-
ro plures femine sunt tam fideles
Nunquid igitur pamplius in religione
Roma, una dz esse unum fidelis
et econuerso Capitulum vndecimum quo-
modo coniugia sunt legittime contrahenda

Quoniam ut ait magister sen-
tenciarum libro 4o distinctione
26a Matrimonium est legit-
tima coniunctio maris et femine vni-
onem christi et ecclesie representans, quia
sicut in christo omnia matrimonia funda-
ri debent Unde Valerius libro 7o
capitulo primo narrat, quod themistides
quendam virum, filiam unicam ha-
bentem consulebat, cui eam de-
sponsare deberet, scilicet utrum pauperi an
locupleti seu virtuoso Unde dicebat
ymago inquit virum pecunia quam
pecuniam viro indigere quasi diceret
quod preferende sunt virtutes diuiciis Sed
matrimonia fere omnia corrupta sunt
et pauracia putantur Et ideo posu-
it legem ligurgus rex tunc, quod vir-
gines sine dote desponsarentur
sicut narrat pompeyus libro 3o Quo-
dam eciam matrimonia per concupis-
cenciam contaminantur Cuius oppo-
situm legimus de ysaac, qui vxorem
incognitam de remotis partibus ad-
ductam accepit ut habetur Genesis
24 Hic enim non per concupiscenciam
vxor assumenda est ut honorabi-
le sit coniugium et thorus immacu-
latus ad Hebreos 13 Sed aliqui for-
nicacionibus et adulteriis vacan-
tes matrimonia dissuadent contra
quos loquitur Augustinus libro 14o
de ciuitate dei capitulo 10 dicens

quod matrimonium fit inter homines ut ho-
nesta concordia inter eos habeatur
Unde Omelia 8 dicit Augustinus quod deus
in paradiso interfuit presciens homines
futuros matrimonia prohibentes
Sed quid dicemus quod multi sapientes
vxorem ducere dissuaserunt Unde
Valerius omnibus narrat, qualiter
Socrates cuidam adolescentulo quae-
renti vtrum vxorem duceret respondit
Quodcumque inquit feceris nouerus
penitenciam te acturum Illa con-
tinet carnem penosum et vxorem du-
cere sollicitudo est perpetua Item Theo-
frastus libro suo de nupciis matrimonium
dissuadet Unde querit an sapiens
vxorem debeat ducere, et conclu-
dit quod non, quia impedit studia
philosophie et sumptus exigit varia
que onera et sunt ei domum regen-
da commiseris, sui eius, si autem tuo
arbitrio aliquid reseruaueris fide
sibi adhibere non putabit et sic
iurgia queret et venena diffun-
det Et subdit si inquit pulchra
sit cito adamatur et difficulter custoditur
Si aut feda molestum possidere
quod nemo habere dignatur Sic quoque
omnibus matrimonium dissuadet dicens
quod mulier sunt molestie nupciarum Ce-
terum narrat Ieronimus contra Ioui-
nianum, quomodo cicero rogatus fuit
ab hircio ut sororem suam in vxorem
duceret Ille autem respondit se non pos-
se vxori et philosophie operam dare
Hiis autem non obstantibus matrimonia
liceite sunt consenda licet castitas
sit preconoranda et licet viris


© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg